



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Consanguinitate Et Affinitate. Titvlvs XIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

intra ejusdem anni spacium carnaliter cognita, matrem ipsius sibi matrimonialiter copulare, & ad damnatae commixtionis amplexus procedere non expavit: & infra. Quare praefata I. supplicavit, ut cum carnis stimulia resistere nequeat, sibi (ne jure suo sine sua propria culpa fraudetur,) providere salubriter dignaremur. Ea propter mandamus, quatenus (si res ita se habet) utrumque ipsorum ad votendam perpetuam continentiam attentè moneas & inducas: & si ad eam induci nequeverint, memoratum I. (injuncta ei primitus pro commisso incestu poenitentia competenti) ut eidem cohabitaret, & conjugale debitum reddat exactus, ecclesiastica censura compellas.

DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

TITVLVS XIV.

CAP. I.

*Separatur matrimonium contractum inter affines primi generis & quartu gradus.*

*Alexander III. Castren Abbati. a*

**E**X literis b tuis accepimus, quod cum quidam fecerit quandam viduam subarrasset, & carnaliter cognovisset: [ 1 & 7 ] Tandem cum vir paratus esset eam in conspectu ecclesiae subarrare, surrexerunt duo proponentes, quod iste qui eam subarrare volebat, priorem virum quarto gradu consanguinitatis attingit, unus autem ita se audivisse juravit, alius noluit id juramento firmare: [ 2 & 7 ]. Nunc questio prima revixit, & juraverunt duo coram Archiepiscopo c Plumbarola, quod primus vir fuit superfliti quinto consanguinitatis gradu conjunctus. Quocirca mandamus, quatenus utramque partem ante tuam praesentiam invoces, & facias testes coram te jurate: [ 3 & 7 ]. Inquisita vero diligentius veritate, si per testes circumspectos omni exceptione majores inveneris, quod primus vir superflitem quarto gradu consanguinitatis attingit d, non differas divortii sententiam promulgare: æque enim (ut canones dicunt) abstinendum est a consanguineis e uxoris, ut propriis. Cæterum tuam prudentiam volumus non latere, quod non sunt causæ matrimonii tractandæ per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habeant judicandi, & statuta canonum non ignorent.

[ 1 Et cohabitasset cum ea per annum, Medualdum virum mulieris traxit in causam, proponens, quod illam in potestate sua positam quasi fornicariam cognovisset: tunc vir & mulier quos iuramento firmaverunt, quod ab anno alter & plus in alterius copulam consenserat maritalem, & de cætero sicut vir & mulier habitarent in simul. Cum autem nec iuramentum, nec fidem procurator habuit, exigit eam publice subarrari, quod.]

[ 2 Et ob hoc licet ille presaram mulierem subarrare distulerit, minime tamen ab eius cohabitatione descessit. Processu vero temporis ad instantiam Medualdi presatus vir publice matrimonium celebravit, & postmodum serè per annum cum uxore pertransiit.]

[ 3 Ad hoc inquiras à quibus & in quibus & quando didicerint, quod testantur. Si vero post motam questionem didicerint, non est ad eorum dicta jam dictum matrimonium dissolvendum, firmiter nec si ab accusatoribus matrimonii didicerint.]

CAP. II.

*Affinitas superveniens, de qua saltem constat per famam, solvit sponsalia de futuro.*

*Urbanus III. Burdegalen. Archiepiscopo.*

a Castrensis, al. Castren. b C. l. eod. tit. in 1. comp. & post cons. Lat. sub Alex. and. III. p. 6. c. 32. c Plumbada. d contingit. e in 7. Codicibus manuscr. ita: à consanguineis uxoris & propriis.

**S**uper eo s, quod juvenem adferis puellam nondum nubilem fide interposita desponsasse, quæ jam facta nubilis eum repetit: & ille excipit dicens, se non debere eam ducere, pro eo quod postquam puellam adfidavit eandem, carnaliter propinquam ipsius cognovit: Inquisit. t. respond. quod si manifestum est juvenem cognovisse propinquam prædictæ puellæ, vel si non est manifestum, fama tamen loci hoc habet, cum esset sponsa tantummodo de futuro, idem ab ejus impetitione debet absolvi.

CAP. III.

*Si dispensatur cum aliquo, ut possit contrahere in certo gradu, aliis prohibito, requiritur quod uterq, contrahentium tati gradu distet à stipite, præsertim si hoc habet consuetudo.*

*Celestinus III.*

**Q**uod b dilectio: & infra. Quævisisti, utrum si, qui à stipite per descendente lineam, sexto vel septimo gradu distat, possit ei, quæ ex altera parte per lineam descendente ab eodem stipite, secundo vel tertio gradu distat, matrimonialiter copulari, propter indulgentiam Apostolicæ sedis legati, qua permissum est hominibus tertæ illius in sexto gradu conjungi: Quod videtur posse fieri secundum regulam, qua dicitur: Quoto gradu quis distat à stipite, & à quolibet, per aliâ lineam descendente ab eodem: cum tamen de consuetudine tertæ, si quando talis casus emergerit, incolæ propter proximiorum gradum conjunctos separent & impediunt copulati mulieres. Nos itaque respondemus, quod indulgentia hoc est intelligenda, quod uterque conjungendorum distet à stipite sexto gradu. Si vero alter sexto vel septimo gradu distat à stipite, alter autem secundo vel tertio, conjungi non debent: unde in hac parte consultus duximus multitudini & observata consuetudini deferendum, quàm aliud in disensionem & scandalum populi statuum, quodam adhibita novitate.

CAP. IV.

*Infideles conjuncti in gradu prohibito à lege canonica, post baptismum non separantur.*

*Innocentius III. Archiepiscopo & capitulo*

*Tiren. c*

**D**E a infidelibus ad fidem conversis, utrum si conversionem suam secundum legis veteris instituta, circa gradus consanguinitatis à canone denotatis conjuncti fuerint, separari debeant post baptismum: Consult. duximus respondendum, quod matrimonium contractum, non est post baptismi lavacrum solvendum, cum à Iudeis Dominus requisitus, si liceret uxorem ex quacunque causa dimittere, ipsi respondit: Quos Deus a conjunctis, homo non separet: per hoc innuens esse matrimonium inter eos.

CAP. V.

*Consanguineis mariti cum consanguineis uxoris licite contrahunt, hoc primo. In gradibus prohibitis non possunt matrimonium contrahere, etiamsi hoc habeat consuetudo, hoc secundo.*

*Idem Roman. f. Archiepiscopi.*

**Q**uod g super his: [ 1 & 7 ]. Super eoigitur, quod pater & filius, cum matre & filia, & duo cognati cum duobus cognatis, avunculus & nepos cum duobus fororibus contrahunt matrimonia b, taliter tibi duximus respondendum, quod licet omnes consanguini-

a C. l. eod. tit. in 2. comp. b C. l. eod. tit. in 2. comp. tenendum est, quod decrevit Concil. Lat. sub Innoc. III. quod referunt f. hoc tit. ca. non debet. Adde qua dixerunt in tractatu cognationis. c Tiron. al. Tironens. d C. l. eod. tit. in 2. comp. vide Martini. sent. 4. sent. dist. 39. & ibi D. Thom. q. 1. art. 2. e Greg. 9. Mart. 19. Marc. 10. f Rossanen. al. Rossanen. al. Pisan. g C. l. eod. tit. in 2. comp. h al. matrimonialiter taliter tibi, &c.

net viri sint affines uxoris, & omnes consanguinei uxoris sint viri affines: inter consanguineos tamen uxoris & viri, ex eorundem, scilicet viri & uxoris conjugio, nulla prolixitas affinitas est contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Ne autem a intra gradus prohibitos matrimonium contrahatur debet publice inhibere. & praesumptores ecclesiastica districtione punire, non obstant consuetudine, quae dicenda est potius cor- riptela.

[I Articuli, qui tibi aliquam dubitationem inducant, no- strum duci consilium requirendum, & ad ea exequenda quae affi- cium expostulant pastoralis ap. se. procuras auxilium invocare, salici- tudinem tuam digni in Domino laudibus commendamus. Et po- sitationibus tuis grato animo respondemus. Significasti siquidem nos, quod in dec. tua pater & filius, & matrem & filiam, duo cognati, & avunculus & nepos duas sorores ducunt in conjugium, & maritus & uxor simul baptizent puerum alienum. Quaedam praeterea tua dec. infra tertium & septimum gradum consanguinitatis se contingentes ad invicem matrimonium contra- hant, hoc filii licet de antiqua consuetudine asserentes.]

CAP. VI.

Non valet dispensatio obtenta a Papa super matrimonio inter consanguineos contracto, si tibi causa falsa sit expressa, nisi postea eam Papa confirmaret. h. d. secundum verum & communem intelle- ctum.

Idem.

Quia & circa: & infra. Porro de nobis viro N. pro- ceptus dispensatione, indulgentia scilicet remanendi cum ea, quae ipsi quinto consanguinitatis gradu con- tingit, a sed. Apost. obtinenda, falsa nobis causa fuerat al- legata, proles videlicet. Cum tamen ante dispensatio- nem obtenta unica filia, quam habebat, viam fuerit uni- tate carnis ingressa, prout tua consultatio continebat: dissimulare poteris, ut remaneant in copula sic contracta, cum ex separatione (sicut adferis) grava videas scanda- lam imminere.

CAP. VII.

Testes, qui de consanguinitate deponunt, computationem debent a fratre, vel germine incipere.

Idem.

Tvanos & duxit fraternitas consulendos, utrum illo- rum sufficiat testimonium ad matrimonium diri- mendum, qui consanguinitatis gradibus ab avunculo & nepote, videlicet fratris filio, vel fororis inceperunt com- putare? Nos igitur inquis. t. r. quod cum conjugium multum favoris obtineat, testes, qui ad divorcium cele- brandum producti consanguinitatis gradus computant, a fratre debent incipere, id est, a parentibus vel germanis, & sic per ordinem distinguere gradus, nominibus pro- priis, vel aequivalentibus indicis designando personas, praesentem cum saepius testimonium perhibeat de auditu: quod quia minus est validum, non est in articulo huius- modi nimium laxanda facultas: quum qua ratione com- putationem inciperent a secundo, eadem ab ulterioribus inchoarent.

CAP. VIII.

In secundo & tertio affinitatis genere tollitur prohibitio, qua- dum erat in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibi- tio de sobole suscepta ex secundo nuptiis, qua olim non poterat contrahere cum cognatione prioris viri. Et prohibitio conjugii ul- tra quartum, consanguinitatis & affinitatis graduum non ex-

a Vide Conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. can. 6. b Quan- tum ad contrahendum vel non intra gradus prohibitos attinet, bene desit, non debet, sed. c. C. 2. eod. tit. in 4. comp. Et quatenus ag- gatur de testimonio de auditu, vide Cravettam de antiq. iura. part. 1. circa finem, vers. visio de fama. num. 304. cum multis seq. adde. text. in c. licet ex quadam. Sup. de test.

tenetur. h. d. iste textus qui quoties allegatur, & est singularis in materia sua.

Idem in Concilio generali.

Non a debet reprehensibile iudicari, si secundum- varietatem temporum, statuta quandoque variantur humana, praesertim cum urgens necessitas, vel evidens u- tilitas id exposcit: quoniam ipse Deus ex his, quae in vete- ri Testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo. Cum ergo prohibitiones de conjugio in secundo & tertio affi- nitatis genere minimè contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis, cognationi viri non copulanda prio- ris, & difficultatem frequenter inducant & aliquando pe- riculum pariant animarum, cum cessante prohibitione, cesset effectus: constitutiones super hoc editas, sacri ap- probatione concilii revocantes, praesenti constitutione decernimus h, ut sic contrahentes de cetero liberè copu- lentur. Prohibitio e quoque copulae conjugalis quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de cetero non excedat: quoniam in ulterioribus gradibus jam non pot- est absque gravi dispendio huiusmodi prohibitio genera- liter observari. Quaternarius verò numerus bene con- gruit prohibitioni conjugii corporalis, de quo dicit Apo- stolus, quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir: quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant ex quatuor d. elementis. Cum ergo jam usque ad quartum gradum prohibitio conjugalis copulae sit restri- cta: eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc dudum editis, vel ab aliis, vel a nobis: ut si quis contra prohibitionem huiusmodi praesumpserit copulari, nulla longinquitate defendatur anno- rum: cum diuturnitas temporum non minuit peccatum, sed auget: tantoque sunt graviora crimina, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam.

CAP. IX.

Distans a stipite quarto gradu vel ceterior, cum distante quinto, ulteriori contrahere potest. h. d. cum glossa.

Gregorius IX.

Vir, qui a stipite e quarto gradu, & mulier, quae ex alio latere distat quinto, secundum regulam adproba- tam, quae dicitur: Quoto gradu remotior distat f a sti- pite, & a quolibet per aliam lineam descendentium ex eod- dem: licite possunt matrimonialiter copulari.

DE FRIGIDIS & ET MALEFICIATIS, ET IM- POTENTIA COEUNDE.

TITVLVS XV.

CAP. I.

Si maritus provocante ad divortium, & se impotentem asserente, mulier hoc item fatetur, servata solemnitate canonica matrimonium indissolubile dirimitur: sed si decipiat ecclesia, primum matrimo- nium reparatur: si verò muliere agente vir asserat se potentem, nisi per aspectum corporis, vel alio indubitato modo convincatur, mulier non auditur: sed si vir hoc idem confitetur vel convincatur, matri- monium separatur, & mulieri contrahendi licentia datur. h. d. se- cundum Hostien.

Ex Brocardico lib. 18.

A ccepisti h mulierem, & per aliquod tempus habuisti, per mensem, aut per tres, aut per an-

a Ca. 3. eod. tit. in 4. comp. b decrevimus. c Vide B. Thom. 4. sent. dist. 40. q. 1. art. 4. d In concilio & aliquot vetu- stis, quod constet ex quatuor elementis. e Vide citatos in ca. precedenti. f distat. g De materia huius tit. 4. sent. dist. 34. ubi dicit & B. Th. q. 1. h C. 1. eod. tit. in 1. comp. vide Durandum 4. sent. dist. 34. q. 2. & plenus ibi Sotum. q. 1. art. 2.

572  
nondum  
facta u-  
lebere.  
ad dicit  
Inquis.  
gnovisse  
istum.  
tummo-  
li.  
gradu, a-  
gradu di-  
is, qui  
legi-  
lineam  
gradu  
entiam  
nibus  
ur posse  
in quod  
idem  
quando  
in gra-  
molen-  
illa sic  
litter i  
no gra-  
con-  
ximus  
um.  
ruca-  
quod  
gnati  
dura-  
tibi  
angul-  
mandum  
hoc tit.  
e. Th.  
de Mo-  
ens.  
g. Et.  
ni.